ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica

Chierici Regolari Somaschi

n. PGB 714

Disegni

PERUGIA, 28 luglio 1962

Curia Generalizia - Roma

(Arch. Somasca)

Perusiae, 28 - VII - 1962

Reverende admodum et carissime Pater!

Ne nobis iratus sis quod Romā praeter chartulas quasdam luce depictas nil tibi misimus. Etenim e caelo Romano laborantes tam inertes facti sumus ut totum tempus, quod e studiis et ambulationibus superesset, quieti tribuissemus. Nec Perusiae caelum multo clementius. Torret sol ex leone nosque fere interimit. Itaque, quamquam terrae Italicae pulchritudine toti capti sumus, laetamur quod mox in frigidiorem patriam redire possumus.

Ut scripsi, die augusti octavo Parmam multo mane relinquemus et circa meridiem, antequam fines Helveticos transeamus, te salutabimus, si quidem ita Deo videtur. Cura autem ut te melius valentem inveniamus! Dic etiam adolescentibus, qui nos tam comiter urbem Comensem ostenderunt, nos omnia fausta optasse in novum, quem suscipiunt, studiorum curriculum. Rogare tandem volumus ut apud Deum ores ut nobis iter praestet felix nosque incolumes domum reducat.

Vale!

Perusiae 28 VII 1962

Reverende admodum et carissime Pater,

Ne nobis iratus sis quod Roma praeter chartulas quasdam luce depictas nil tibi misimus. Etenem e caelo romano laborantes tam inertes facti sumus, ut totum tempus quod e studiis et ambulationibus superesset, quieti tribuissemus. Nec Perusiae caelum multo clementius. Torret sol ex leone nosque fere interimit. Itaque, quamquam terrae italicae pulchritudine toti capti sumus, laetamur quod mox in frigidiorem patriam redire possumus.

Ut scripsi, die augusti octavo, Parmam multo mane relinquemus et circa meridiem, antequam fines helveticos transeamus, te salutabimus, si quidem ita Deo videtur. Cura autem ut te melius valentem inveniamus . Dic etiam adolescentibus, qui nostram comiter urbem comensem ostenderunt, non omnia fausta optasse in narem, quem suscipiunt, studiorum curriculum. Rogare tandem volumus ut apud Deus ores ut nobis iter praestet felix nosque incolumes domum reducat. Vale.

J. Jisewin